UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SYNTA||XIS LINGVAE GRAECAE,|| IOANNE VARENNIO || Mechliniensi Au/||tore.|| PRAETEREA ANNO-||tatiunculae paucae ad praecepta Synta=||xis Varennianae, per IOACHI-||MVM CAMERA-||RIVM.|| ... ||

Varennius, Joannes

Basileae, 1536

VD16 V 385

Articvlvs Cvm Pronomine.

urn:nbn:de:hbz:466:1-69674

Visual Library

βίου πράγματα, negotia uitæ, ὁρῶ τὸν τῆς σῆς ὄντα μερίδος, uideo eum qui eſt partium tuarum. Verum non recte dicitur, οὐ τὰ πράγματα βίου, neq; ὁρῶ οὐ τὸν ὄντα σῆς μερίδος.

ARTICVLVS CVM Pronomine.

PRonomina primitiua, ſiue ſint demonſtratiua, ſiue relatiua, non ſuſcipiunt articulũ, quod ex ſeſe ſatis certa ſint, niſi forte ad maiorẽ emphaſim, ὁ οὗτος, ὁ αὐτὸς, idem, τὸν αὐτὸν eundem.

Deriuatiua uero ſuſcipiunt eo modo, quo nomina adiectiua: eandem enim cum illis uim, eandemq́; omnino conſtructionem habent. ὁ ἐμὸς οἶκος, mea domus. ἡ ἐμὴ οἰκία, mea habitatio. τὸ ἐμὸν οἴκημα, meum domicilium. Verũ tunc ad ſequentia nomina neceſſario referri intelliguntur, ὁ ἐμὸς οἶκος, id eſt, ὁ οἶκός μου. τὸ ἐμὸν οἴκημα, id eſt, τὸ οἴκημά μου.

Pronomen infinitum δεῖνα, eſt capax articuli. ὁ δεῖνα, ἡ δεῖνα, τὸ δεῖνα. Vnde πρὸς τὸν δεῖνα dicunt Græci, quãdo ſignificant, ad quendam certum hominem,

quem tamen nō nominant. Item, ὁ δεῖνα καὶ ὁ δεῖνα dicitur, pro hic & ille. τῷ δεῖνι μεμφόμενος, καὶ τὸν δεῖνα ἀνάξιον εἶναι φάσκων, huic ſuccenſens, illum indignum eſſe dictitans. Et τὸ δεῖνα γινομένη, καὶ τὸ δεῖνα αὖ, nunc in hanc, rurſus in illā ſpeciem transformata.

ARTICVLVS CVM Verbo.

ARticulus genitiuus cū uerbo infinitiuo ponitur Græcis eo loco, q Latini utuntur Gerundijs in di, addentes cauſa uel gratia, aut uerbo coniunctiuo præcedente, ut τοῦ ποιεῖν, cauſa faciendi, aut ut faceret. τοῦ φαγεῖν, τοῦ λέγειν. Lucæ ult. καὶ εἰσῆλθε τοῦ μεῖναι σὺν αὐτοῖς, & ingreſſus eſt manendi gratia cum illis, ſiue ut maneret cum illis. Eodem cap. οἱ δὲ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν ἐκρατοῦντο μὴ τοῦ γνῶναι αὐτόν, oculi autem eorum tenebantur, ut non agnoſcerent ipſum.

Datiuo articulo cū uerbo infinito, antecedente præpoſitione ἐν utuntur loco gerundiorum in do, ἐν τῷ σπουδάζειν πε-

σκόπτομεν